Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ac purpuram · coccumq; bis tinctum & byssum ·
pilos caprarū · & pelles arietum rubricatas ·
pelles hyacinthinas & ligna sethim · oleū ad lum
naria concinnanda · aromata · unguentum · &
thimiama boni odoris · lapides onichinos · & gem
mas ad ornandū ephod ac rationale · facientque
mihi scūarium · & habitabo in medio eorum ,
Cuncta haec quae dn̄s sibi a priore populo ad facien
dum scūarium materialiter offerri praecepit ·
nos quoq; qui spītales filii israhel · id est imita
tores dm̄ uidentis populi esse desideremus ·
spītali intellegentia debemus offerre · quatinus
p huiusmodi oblationes uoluntarias · & ipsi scūa
rium ei in nob̄ facere merecmur , & ipse in me
dio nr̄m habitare · hoc est in nr̄o sibi corde mansi
onem consecrare dignetur . Cui uidelicet aurū
offerimus · cum claritate uerae sapientiae quae
est in fide recta resplendemus ; argentum ·
cum & ore nr̄o confessio fit in salutem : aes ·
cum eandē fidē publica praedicatione diuulgare
gaudemus , hyacintum · cum sursum corda leua
mus , purpuram · cū corpus passioni subicimus ,
Coccum bis tinctū · cum gemina id est dī & pro
ximi dilectione flagramus · Byssum cū carnis